

B. N. II, 167.
A. 47².

(X1877949)

II R
2506

Disputatio Politica
περὶ
ΤΗΣ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ
ἢ
DE GENUINA
NOBILITATE.

QUAM

Inductu & permisso inclytæ Facultatis
Philosophicæ,

SUB PRÆSIDIO

Viri Excellentissimi, Clarissimi, Experientissimi,

Dn. ZACHARIÆ SCHNEIDERI,
Medicinæ Licentiati, in Academia Lipsiensi Practicæ Phi-
losophiæ Professoris Publici, & Decemviri, Facult. Philosoph.
Assessoris, majorisq; Principum Collegii Collegiati, &
h. t. Præpositi.

Publicæ ventilationi subicit,

CAROLUS SIGISMUNDUS à STENZSCH.
Eqves Silesius.

Pridie Calend: Maij.

ANNO

M. DC. XXXVI.

Nobilitatis fundamentum est Virtus.

LIPSIÆ

Excudebat HENNINGUS KÖLER.

Dn. H. Guindary.

382 2



1903
VIRO

*Magnifico, Generosa Nobilitate
Amplissimo,*

Dn. JOHANNI-GEOR-
GIO à STENZSCH, Hereditario in Prittag/
Polsch- & Deutschfessel/ Ober- & Nieder Siegersdorff/
& Zyrus / Hypothecario Arcis Regiæ, quæ est Freystadt,
& Judicij Regij in Ducatu Majoris- Glogoviæ Adleslori
gravissimo, Domino Parenti meo humil-
limè & obsequiosissimè
colendo.

NEC NON

Nobilissimo, Clarissimo, viro,

DN. JOHANNI FRIDERI-
CO NESENIO, J.U.C. quondam Præceptori,
nunc Favitori meo ætatem suspiciendo,



*Hanc Thesum Politicarum Deca-
dem, Filialis obsequij, & debiti
amoris indicem*



D. D. D.

AUCTOR ET RESPONDENS



1777

I. C. B.!

De Natura vera Nobilitatis.

THES. I.

Republicæ rectè constitutæ^(a) constant Civibus, tum Nobilibus, tum Ignobilibus.^(b) Nobilium naturam insequentibus evolvemus; tradendo Nobilitatis Definitionem & Divisionem.

(a) Æqualitas † Civium, quæ nempe nonnulli omnes omnibus dignitate, ordine, loco, ita exæquare conantur, ut nihil primum in civitate, nihil postremum, nihil medium, sed omnes omnibus sine ullo ætatis, conditionis, dignitatis discrimine, confusos esse velint, est omnis ἀταξίας, rerumq; perturbationis, fons & scaturigo perennis. † Nihil namq; aliud agunt, ac illi, qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina in unum acervum accumulunt: quæ ex re, & singulorum seminum, & universi acervi usum amittunt: *Bodin. 3. d. Republ. c. 8. Besold. 1. Polit. 11. S. 5.* Proinde † ἡ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων, i. e. non fieri Civitatem ex similibus, cum *Aristotele* asserimus, *Lib. 2. Polit. c. 1. & lib. 3. c. 3.* Etenim ut † in fidibus, ac tibiis, atq; cantu ipso ac vocibus, concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, isq; concentus ex dissimillarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens; sic ex summis & imis & mediis interjectis ordinibus, ut sonis, moderata civitas consensu dissimillimorum coivit: & † quæ harmonia à Musicis dicitur in cantu, ea in civitate est concordia, arctissimum atq; optimum omni in Republic. vinculum incolunitatis: quod sine Justitia nullo pacto esse potest. *Cic. 2. de Re-*

A 2

pub.

- 1915.
- 6 pub. Utq; † nostra hæc corpora pluribus membris, iisq; diversis
conpinguntur: Et sicuti mundus pluribus ac diversis creatu-
rarum generibus constat: Itâ Respubl. variis hominum ge-
neribus constare, necesse est, si debeat conservari, & recto,
7 quod dicitur, stare talo. *Arist. 3. Pol. 3. §.* † Imò si DEUS omnes
& singulas creaturas fecisset æquales, ne ad momentum qui-
dem hæc Universi machina subsistere potuisset: Siquidem ni-
hil consistere potest sine ordine; ubi a. est ordo, inibi est prius
& posterius, inferius & superius, majus & minus *Besold. d. 5. §.*
8 (b) Divisionem † hanc approbant omnes Politici, & inter
cæteros *Lymnaeus de Jure Publ. l. 6. c. 1. §. 20. & seqq.* Ubi omnium
9 Gentium moribus receptam & stabilitam esse tradit. Ita † et-
iam â Romulo populus Romanus dividebatur ab initio in Pa-
10 tricios & Plebejos. Patritii † appellabantur, qui jus imaginis
ponendæ habebant; iiq; erant Nobiles propriè sic dicti: Qui-
11 bus † opponebantur ignobiles sive plebei, quibus jus imagi-
num non competebat: ut pote, qui nec ad Magistratus Curu-
les, unde jus imaginum provenit, admittebantur: sed soli Pa-
12 tritici. Deinde † fastu Patriciorum crescente, Plebeji qui-
dem etiam admittebantur ad Magistratus Curules, atq; exin-
de jus imaginum consequerantur, & Nobiles vocabantur, sed
tamen ex ordine plebejorum non omnino eximebantur, unde
Liv. l. 31. eos adhuc Nobiles Plebejos vocat vid. Carol Sigon. antiq.
13 *Rom. l. 2. c. 20. Besold. 1. Polit. 11. n. 41. Lips. l. 1. Elect. c. 29.* Natura †
quidem ab initio omnibus consimilem dedit faciem, pecu-
liare nihil; una eademq; generis origo habetur, secundum *Eu-*
14 *ripid. in Electra*: Unde † colligit *Lactantius lib. 5. c. 15.* DEUM, qui
homines generet & inspiret, omnes æquos esse voluisse, omnes
ad sapientiam genuisse, omnib; immortalitatem spondidisse:
Neminem beneficiis ejus cælestibus, segregari. *Prudentius in*
Peristephan:

Si prima nostris quæsit incunabulis

Origo, textu stemmatis recenseas:

Dei Parentis esse ab ore cœpimus

Cui quisquis servit, ille verè est Nobilis.

Et

Et Boët. lib. de Consolat. Philosoph. Metv. 6.

Quid Genus, & proavcs strepitis?

Si primordia vestra

Authoremq; Deum spectes,

Nullus degener exstat;

Ni vitii pejora fovens

Proprium deserat ortum.

Cumq; his conspirant Boët. d. l. prosa 6. Roderic. Zamorensis in
Specul. vitæ hum. l. i. c. 7. & 8. Henric. Cornel. Agripp. d. vanit. scient. c. 80.
Erasm. in Colloquiis, ἰππῶ εὐς, ἀνιππῶ, & γὰρ, ἀγὰρ. Ni-
cod. Frischlin. in orat. d. Vita Rustica. Et quos magno numero alle-
gant; & unanimi consensu concludunt: Nobilium † & Igno-
bilibium discrimen lege potius & stultâ opinione hominum, cu-
jus habitus serva facit. Judicia nostra, Plutarch. lib. d. facie. in Ore
Lunæ, quam naturâ positum esse. Verum † utraq; manu largi-
entes illis, unam eandemq; originem à prima Creatione o-
mnes deducere, illud † saltem, hisce non obstantibus, obtine-
bimus, non tamen eandem à prima omnium origine succes-
sionem secutam esse: Ob † Regionum enim, consuetudinum,
generum vitæ, alimentorum, affectionum animi, & similibium
varietatem variæ redditæ sunt causæ proximæ, & propte-
rea varia etiam ex iis prodierunt effecta. Exemplum Aristoteles
sumit ab agro, 2. Rhet. 15. Est aut † infamilis proventus virorum
quidam, perinde ac in iis, quæ nascuntur in agris. Et nonnun-
quam si sit bonum Genus, exoriuntur ad aliquod tempus Viri
Eximii. Hancq; comparisonem naturæ nostræ cum agro
instituit idem Arist. 10. Eth. ult. Hippocrat. in Lege. Galen. de Cogno-
scent. & Curand. animi morb. c. 7. Quid? quod † etiam actiones
Nobilium, etiam si sint eadem cum plebejorum, ratione
materiæ, toto tamen Cælo distent efficacia & effectu quodam
insigniori. Hinc Cic. orat. 5. in Verrem scripsit: Nobiles à Novis
hominibus non natura modò & genere esse disjunctos, sed
etiam voluntate, animoq; dissidentes, ut non solum habili-
tate ipsa, sed & decore, nescio quo, ac elegantia, quam Virtu-
tis pulchritudini affert, nobilis ab ignobili differat. Declarat

1716.

15
16
17
18
19
20



1917

21

Plut. arch l. de Nobilitate hoc ipsum exemplo: Militat quidem, inquit, ignobilis quoque, ut & Nobilis, unius tamen opus ab alterius opere, ut servile ab herili, differt. Facile ergo liquet Nobilitatem non purum putum hominum esse inventum, sed in natura fundamentum suum habere, quod multis Rationibus demonstrat Joh. Casus l. 1. Sphaera Civit. c. 4. quest. 3. Nosque solidis infra probabimus argumentis.

II.

Definitionem aliam esse Nominalem, aliam Realem, extra controversiam est. Illa explicat rem Polyonomia, Homonymia, & Etymologia. Polyonomiam quod attinet, Nobilitas (a) dicitur Graecis ευγενεια; Aristoteli προγονων δεσπη i. e. Majorum Virtus: δεχαια δεσπη i. e. antiqua virtus, γενος δεσπη i. e. Generis virtus, Germanice der Adel. (b)

- 1 (a) Illi qui hodie Nobiles saluantur, olim Ministeriales dicti fuerunt, aut Feudatarii. Nobiliu vero Titulus Baronibus duntaxat, Liberis Dominis, comitibus, Ducibus tribui solitus est; Ut ex Alberto Krantzio notat Conrad. Ritterschus. in prolegom Feudal. partit. Inde et a. vocabant Ministeriales, Germ. Edelfnechte/ quia superioribus suis ad Ministeria in bellis & aliis negotiis praestanda obstricti erant. Reinhardus Reineccius in tract. Von des Adels gemeinen Herkommen p. 35. Vocabantur etiam strenui famuli idem. ibid. p. 37.
- 2
- 3
- 4 (b) Vocem et hanc Germanicam Adel / quidam derivant ab Adler; Unde Reinhardus Comes a Solms in Beschreibung des Adels/ p. 10. Edelente et quasi Adlersente; weil sie zum Adler gehoeren und ihn mit dem Schwerdt vertheidigen helfen. Alii et ab Hebraeo Atsilmi, quod optimates: Alii et a Graeco αειθλι, quod bene meritum vel praemio affectum. notat. Besold. 1. Polit. 11. S. 6.
- 5
- 6
- 7
- 8 Alii et ab αιδω quod idem est, ac placeo, quod nobiles omnibus propter virtutem placeant; Alii et ab εδεθλον sedes, h. e. possessio

1718.
9
10
11
12
fessio & bonarum cum plurimum Nobiles opulentis possessionibus
insignes sint. Alii tamen ab Adelo Frisonis, Frisoniae gentis con-
ditoris, filio, deducunt: Alii tamen esse vocabulum primogenium
& propriae originis Germanicae putant. *Lynn. d. Jure Publico,*
l. 6. c. 1. n. 10. & seqq. qvlt in ultimorum opinione acquiescit.
Audiunt tamen etiam Nobiles Junctern / quasi minores Domini,
respectu Majorum vid. Principum, Ducum, Comitum, Ba-
ronumque. Si quidem Jung & Klein voculas non raro unam &
convenientem apud nostrates habere significationem adstruit
Lynn. d. c. 1. n. 14. Quamquam tamen eam appellationem Junctern
ante annos plus minus centum in illustribus tantum familiis usi-
tatam fuisse docet *Reinnecc. d. tract. p. 36. Lynn. d. c. 1. s. 15 vide*
Georg. Vecknerum in Discurs. de Nobilit. Joh. zur Nedden & Perum
Frizium Dissp. hac de materia singularib.

III.

Homonymiae evolutione ambiguitatem re-
movemus. Sumitur verò vocabulum Nobilita-
tis 1. vel in pejorem partem (a) vel meliorem (b)
2. Improperie brutis, & rebus inanimatis quoque;
(c) proprie Hominibus solis tribuitur: 3. In pro-
pria significatione accipitur tum late, quatenus
secundum Etymologiam designat omnes, qui
aut virtute, aut genere, aut alia quavis ratione
claritatem & celebritatem quandam nanciscun-
tur, tum strictè & propriissime, quatenus nimirum
certum ordinem in politica constituit.

(a) Ita tamen dicitur à *Cic. 4. Verr. Nobile facinus. Nobile scor-*
tum. Liv. 39. Hist. Rom. c. 41. Nobiles scelere Cic. p. Roscio Amerin
Sic apud Cic. in officiis, Phalaridis dicitur Nobilitata Crudelitas.
& apud *Tacit. Dial. de Orat. Nobilitatus Criminibus.*

(b) Est

- 194
2. (b) Est † n. vox hæc una ex illis, quæ mediæ dicuntur, & communem ad bonum & malum, honestum ac turpe, prosperum & calamitosum, habent significationem. *Jacob. Curt. l. 2. Conject. 29.*
 3. (c) Ita † *Arist. 1. de Hist. anim. c. 1. de Leone: Alia (animalia) liberalia & fortia, & ευγενῆς, i. e. Nobilia, ut Leo. Et Nobiles Cannas dicimus clade Romanorum 50000. cæsorum. Lucan. l. 2. sic legitur, Nobile bellum, apud. Horat. Nobiles agri Ovid. 3. Amor. 2. Nobiles feræ. Claud. 3. Panegyri: Nobilissima prædia. Cic. pro Roscio Amerin.*

IV.

Proinde Nobilitas secundum Etymologiam suam dicitur (a) à Noscendo, ut Nobilis sit, quasi noscibilis. (b)

1. Quibusdam † Nobilis dictus videtur, quasi non bilis, quod illi omnium maximè, conveniat humilitas, humanitas, & mansuetudo.
2. Quibusdam † quasi non vilis; Indeque esse oppositionem, legibus civilibus usitatam, inter Viles Nobilesque.
3. Quibusdam † quasi Nobis-lis; non quod Nobilibus lis & animus litigandi sit innatus, ut ex aliis notavit *Norden de statu Nobilit. civil. c. 1. n. 4.* Sed verius, quod Nobilibus lis professa in vitia atque flagitia congenita sit.
4. (b) Et † hac Generali significatione convenit cum Græcis vocibus, *ναειμῶ* & *ἱπποδανῆς*; quarum vi Nobilis is vocatur, qui propter rem quamquam bonam vel malam, hominibus innotuit: quod in præcedenti thesi quoque delibavimus. Ut † contra ignobilis, cujus nomen cæteris obscurius est. *Bodin. 3. de Republ. 8. Jacob. Curt. Conject. 1. lib. 2. c. 29. Besold de lib. 1. polit. c. 11. §. 6.*
5. Quemadmodum † v. ex sententia Divini Platonis in *Cratylō* sub fin. Omnino lubrica & fallax est via, per nomina rerum quærere naturam earum potius, quam per res ipsas. Ita † & hoc Etymon propter suam generalitatem planè non exhaurit Naturam Nobilitatis Politicæ; Ideoque † *Arist. de Nobilitate* verba facturus, perpetuò eandem voce *ευγενείας* vel cognatam aliã,

aliã exprimit; Tẽste *Simon. Simonis, Professore in hac Academia*
qvondam celeberrimo tractat. de Vera Nobilitate, cap. 5. Quæ † ex di-
ctione εὖ & γένος coaluit. εὖ Aristoteli libri 1. de hist. anim. idem
significat, quod ἀγαθόν, id est, bonum, aut quippiam τὸ ἐπαινε-
τὸν καὶ σπουδαῖον, id est, laudabile & honestum, in fragment. de
Nobilit. γένος † propriè, secundum alteram significationem
à *Porphyrio* propositam, est id, unde ortus principium alicui est
ab eo, qui genuit. Quare † aliquando γένος ab ipso *Aristotele*
nostro accipitur pro ipsa εὐγενεία, ut quando ipsi 6. Pol. 2. op-
ponit ἀγέννησαν, his verbis: ἐπὶ ἐπειδὴ ὀλιγαρχία καὶ γένει καὶ
πλέρω καὶ παιδεία ὀρίζεται, τὰ δημοτικὰ δοκεῖ πάναντία τῶ-
των εἶναι, ἀγέννησα, πένια, βαναυσία id est, Prætereà, quoniam
oligarchia, & genere, & divitiis, & eruditione definitur, con-
traria his, nempe ignobilitas, paupertas, sordidum opifici-
um, popularia videntur. Proinde † rectè ex hac Etymolo-
gia εὐγένεια, sive Nobilitas, erit bonum genus, & εὐγενής, si quis
ex bono genere est, vel secundum *Ciceronem ad Quint. Fratr. de*
petendo Consulat. ex ampla familia natus.

V.

Definitione Reali, Nobilitas est dignitas, re-
dundans in eos, qui ex bono genere legitimè or-
tum ducunt.

VI.

Hæc definitio constat legitimo Genere, quæ
est dignitas; (a) & differentiã specificã, verbis re-
liquis comprehensa.

(a) Dignitatem † legitimum Genus esse, palàm est; Quoniam
Nobilis eo ipso, quod Nobilis est, id boni secum affert, cuius
splendore & luce dignior est & præstat ignobili. Qua † de re
Euripid. in Bellerophon. de Nobile loquens; γαῦρον σπέρμα i. e.
elatum quasi, vel splendidum semen, sive originem habere
cum: Inq; † *Electra*, quod Nobiles sint λαμπροὶ εἰς γένος i. e.

B

ge-

7 pro.

10

11.

12.

16

2.

36

- 1824
4. genere quasi splendidi; asseverat. Ita † & Galen, in Svasor. ad art. c. 4. Nobilibus γένος περιφανέστερον i. e. Genus illustrius, & paulò post τὸ λαμπρὸν καὶ διάσημον ἔ γένος. i. e. claritatem,
 5. atq; splendorem generis, adsignat. Nec † in diversum abit Aristoteles, sed potius confirmat nostram de genere Nobilitatis sententiam, cum 2. Rhet. c. 15 Nobilitatem ita describit: ἐστὶ ἡ εὐγένεια ἐν τιμότητι τῶν γεγονόνων i. e. Est autem Nobilitas dignitas quædam Majorum. Hinc, † l. 5, Pol. c. 1. Nobiles propterea aliis non paria sibi debere putare asserit, quod sint κατὰ γένος ὑπερέχοντες, i. e. genere præstantiores & digniores.
 6. Et † c. 36. Rhetor. ad Alexand. aliquoties facit mentionem splendoris & claritatis Majorum, quam in Nobilibus quasi relucere haut obscurè innuit. Nobilitatem † verò esse ex numero
 7. bonorum, nemò sanè inficias ibit. Sui † namq; causa eligenda maximè est Arist. 1. Rhet. c. 6, cum ratione amabilitatis, quam in se continet ab omnibus tacito saltem animi consensu expectatur, naturam hominis benè afficiat, & ad felicitatem maximoperè conducat. Unde † Aristoteles quoq; in Rhet. ad Alexandr. c. 36. Nobiles beatos prædicat: & Lib. 1. Rhet. ad Theodect. c. 5. Partem felicitatis Nobilitatem esse, expressis verbis statuit.
 8. Verum † in quam classem bonorum, referenda sit Nobilitas,
 9. non inter omnes convenit. Et † pleriq; inter Bona Fortunæ referunt, præsertim, cum videant Nobilitatem, ratione avitarum divitiarum & honoris, (qui, † juxta Philosophum l. 1. Eth. c. 3. potius in eo, qui colit, quam in eo, qui colitur, adèoq; hominum favore consistit,) propter † opes fortunæ temeritati, atq; propter gloriam in temperiis hominum, ex mente Aristodemi apud Plutarch. pro Nobil. obnoxiam esse; hujusq; suæ opinionis Patronum laudant Aristotelem, qui l. 4. Rhet. c. 11. d. l. 1. Rhet. 5. & aliis in locis benè multis, nobilitatem in bonis fortunæ censet. Verum † si cum Aristotele fortunam distinguamus, in Fortunam latè ac strictè acceptam, Fortunæ impropriè accenseri Nobilitatem ad oculum apparebit. strictè † & propriè accepta Fortuna solummodo opes, divitiasq; continet: Lato † verò significato denotat id omne, cujus non
 10. sumus

1922
18
sumus Domini, & quod præter omnem nostram ratiocinationem accidit. Hæc ꝑ posterior acceptio, ut impropria planè est, quemadmodum verba *c. 8. l. 2. Magn. Morab.* testantur; Ita & improprie Fortunæ adscribi Nobilitatem ex eodem *Aristotele* adstruimus, Nam *l. 7. Eudem. c. 17.* ità inquit: τὸν γὰρ εὐγενῆ εὐτυχῆ λέγομεν, καὶ ὅλως, ὡς τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχουσιν μὴ αὐτὸς κύριός ἐστιν. Ἀλλ' ὅμως εἰδ' ἐνηαῦθα ἀνκυρίως εὐτυχία λέγεται: ἐστὶ γὰρ πολλαχῶς λέγεται. καὶ γὰρ ὡς πρὸς τὸν λογισμὸν τὸν αὐτὸ συνέβη π, ἀγαθὸν πρᾶξαι εὐτυχῆ φημέν. i. e. Nobilem enim vocamus fortunatum, atq; omnino, cui talia bona extiterint, quorum ipse non sit Dominus. Veruntamen, ne hinc quidem proprie prosperitas diceretur. Dicitur autem fortunatus multipliciter: Nam & cui contigerit aliquod bonum agere, præter ejus animum, fortunatum vocamus. Nec ꝑ verò nos in aliquo certo genere bonorum collocamus Nobilitatem, sed potiore ejus partem à naturæ bonitate, quam habet ex procreatione Majorum oriri, cum *Aristotele l. 2. Rhet. 9.* fatemur, nonnullam etiam à Fortunæ favore, *vid. 1. Rhet. c. 10.* Quod ipsum etiam *sup. Tb. 1. lit. b.* attigimus, jam clariorem addituri lucem.

VII.

Differentia constat 1. Causa Efficiente 2. Subjecto. Efficiens est vel Industrialis, vid. Virtus (a) vel Naturalis.

(a) Virtus ꝑ est fundamentum & fons veræ Nobilitatis: quæ
— — Omnibus rebus anteit profectò;
Libertas, Salus, Vita, Res, Parentes,
Patria, & prognati tutantur, servantur.

Plaut. in Amphyt. Unde ꝑ *Arist.* cum de causa Nobilitatis loquitur, *3. Pol. 8. & 5. c. 10.* ait: εὐγενεῖά ἐστιν ἀρετὴ ἢ γένους i. e. Nobilitas est Virtus Generis & *2. Rhet. 15.* ἐστὶ δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν ἢ γένους ἀρετὴν: i. e. Est enim Nobile quidem secundum Generis Virtutem, et idem cum in tractatu de Nobilitate multas

B 2

alio-

1703
3 aliorum de Nobilitate sententias movisset, tandem concludit:
4 δῆλον ἄρ' ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια ἀρετῇ γένεσσι, i. e. Constat igitur, No-
5 bilitatem esse virtutem Generis. Proinde † Dignitas illa si-
6 vè honos Nobilibus quasi innatus, ut postea audiemus, non
7 aliunde provenit, nisi ex præsumptione illa virtutis Majorum,
8 quam in filios quoque continuari, etiam deinde probabimus:
9 Si quidem † ut honor omnis, est præmium Virtutis, secundum
10 *Arist. 4. Eth. c. 3. & 8 Eth. c. 14.* ex † illa ratione ὅταν γένηται ἀπὸ
11 τῆς σπουδαίας γένηται. i. e. quoniam per illam quis bonus
12 Vir fit *1. Magnor. Moral. c. 3.* Ita † & hanc Nobilitatis dignita-
13 tem non nisi Virtuti acceptam ferimus. Præsumptio † enim
14 illa, bonos ex bonis generari, parit in animis hominum εὐ-
15 δοξίαν & bonam eorum opinionem, de ipsorum Virtute, *Arist. 1. Rhet. 5.*
16 quâ in commune vel multis profint vel sint profuturi;
17 Hanc † sequitur amor, indeque tandem proficiscitur Ob-
 servantia; quæ tribuit bono illi in beneficæ suæ virtutis te-
 stimonium & compensationem, prærogativam illam, & in al-
 tiore quasi loco collocationem. *v. Reinhard. Reinnec Bon des
 Adels gemeinen Herkommen. pag 61. Simon. Simon. tract. de vera
 Nobilit. cap 9.* Quando † autem Virtuti Nobilitatem adscribi-
 mus, nec bellicam excludimus. Quemadmodum † enim Ci-
 viles & bellicas actiones, omnibus iis, quæ secundum virtu-
 tem fiunt, pulchritudine magnitudineque antecellere, *Aristot. 9. Nicom. c. 7.*
 testatur; Itâ † quoque maximè honoratur Fortitudo à Rebus publicis. *Arist. Sect. 17. prolem: 15.*
 Quare † eos, qui in bellis pro Patria suscipiendis fortes & magnanimos se ex-
 hibent, nobilitat Virtus, acies, & vulnera pro Patriæ salute
 suscepta. Hinc † etiam militis nomen in Feudalibus consue-
 tudinibus pro Nobili usurpatur: eò quod Nobilium proprium
 sit, pro Patria militare. Et ante † 200. vel circiter annos, soli in
 Germania & Italia Nobiles militabant: Solo ferè equitatu,
 omnis constabat Exercitus. Unde † Nobiles adhuc, & olim
 Equites sunt dicti, die Ritterschafft. *Christoph. Besold. 1. Polit. 11. S. 45.*
 Veruntamen † id hoc loco probè notandum. Militiam per
 sese non Nobilitare: Quem † in finem Romani, tamen si belli-
cis.

1924
ois laudibus populos omnes longè superârunt, ac maxima be-
neficia in milites contulerunt; non propterea tamen digni-
tatem militari gloria terminarunt: Cum † & libertinis mili- 18
tari liceret; nec turpitudine vitæ ac rebus judicatis infames,
qvi ab honoribus arcebantur, à militia vacationem habe-
rent. *Bodin. l. 3. de Repub. c. 8.* Extat oratio L. Sicinnii Dentati ad- 19
versus Patritios, qva qvidem gloriatur, se annos quadriginta
pro Patria stipendia fecisse, centū ac viginti præliis dimicasse,
vulnera qvinq; & quadraginta, uno die duodecim, omnia ad-
verso corpore excepisse; qvatuordecim coronas civicas, tres
obsidionales, torques aureas tres & octoginta, brachialia aurea 20
cētū & sexaginta, hastas decē insignes, phaleras viginti qvinq;
tulisse. Istigitur tāta virtute ac fortitudine clarissimi viri laudi-
bus cumulatus erat, ac nobilitatus, & tamē Romanorū legibus
ignobilis erat; ac proinde etiam à *Dionysio Halicarnaseo* Plebejus
vocatur. Multo minus tigitur, qvi primū militare incipit, sta- 21
tim Nobilitatis laude decoratur, qvōd qvidem olim Perusi-
norum ac Florentinorum moribus receptum erat; Sed † si mili- 22
tiam posterī sequantur, nobilitatem qvasi temporis diuturni-
tate adepti putantur, teste eodem *Bodin. d. l. 3. de Republ. c. 8.*
Tunc † enim primum dicitur cœpta novorum illorum homi- 23
num Nobilitas, ad posteros usq; jus suum, imagines, stemma-
ta, cum citatricibus & vulneribus transmisisse, qva excitentur
ad majorum virtutes imitandas & illustrandas. Non † ve- 24
ro tumultuetur hic miles, qvia vita ejus *πολλὰ ἔχει μέρη τῆς
ἀρετῆς. i. e. multas continet virtutis partes*, Nobilitatem sibi
soli deberi; Unde † nimirum naturalis illa qvasi ἀντιπάθεια in-
ter armatæ & togatæ militiæ addictos non heri demum orta
est; illis omnem his Nobilitatem derogantibus: qvibus † ta- 25
men *Lutherus* olim, licet per jocum, verè respondit: Milites,
quantumvis literarum cultoribus semper insensos, horum
tamen conditionem meliorem esse suā, hoc ipso fateri; qvia
olim galeas suas caudis cristisq; eqvinis (ut de *Mezentio* canit
Virgilius 10 Æneid. & testatur *Servius Comment. in l. 2. Æneid.*) ex-
ornarint, hodiè plumas earum loco reponerent; referente

1725. 27 *Reinneccio tr. Von des Adels gemeinen Herkommen p. 62.* Sicut
autem in omni Republ. duo sunt tempora, pacis & belli; Itā
duplex nobilium Civium est Genus; Unum ad bellum, ad pa-
cem alterum aptum: primi fines Patriæ armis vel propugnans,
28 gubernant. Qui ex Civibus Republ. pacis tempore pru-
denter administrant, eamq; pacatam, tranquillam, felicem
29 efficiunt, priores habendi sunt his, qui eam armis vel defen-
dunt vel amplificant. Ut enim anima corpori, pax bello,
otium labori præfertur: sic illos his utiliores esse fatendum
30 est. Quam in rem *Homerus* Agamemnonem inducit dicen-
tem; Longè facilius se potuisse Trojam evertere, si decem
31 Nestores aut Ulysses habuisset, quam si totidem Ajaces vel
Achilles, fortissimè dimicantes. Qui verò utrumq; Reipu-
blicæ præstant, & tam pacis, quam belli artibus Rempublicam
juvare possunt, hi merito jureq; optimo cæteris sunt antefe-
32 rendi, magisq; honorandi & venerandi: quo quis enim
plus virtutis habet, eo dignior & honoratior habendus est.
33 Ex hiscè jam ad oculos liquet, Nobilitatem comparari posse
34 per illustriora doctrinæ studia. Quæ apud veteres Roma-
nos tantum habita fuere, ut referente *Cornelio Tacito*, cunctis ci-
vibus, qui bonis artibus fiderent, licitum esset Magistratum
petere; nec ætas in eis distingveretur, qui in prima juven-
35 tate Consulatum ac Dictaturam inirent. Turpissimum contra
fuit Patriciis & illustribus Viris literas ignorare: & ab omni
nobilitate decidere videbatur, qui in studiis disciplinarum
36 rudis erat: quod quidem ex responso *Mutii Scævola ad Sulpitium*
cerni licet, cum ait: turpe esse Patricio Nobili, & causas oran-
37 ti, jus, in quo versaretur, ignorare. Et *Ammianus Marcellinus*
Orphito, summæ Nobilitatis viro, probro quasi objecit li-
terarum inscitiam. Eum enim vocat virum prudentem quidem,
& forensium negotiorum oppidò gnarum, sed splendore li-
beralium doctrinarum minus, quam nobilem decuerat, in-
38 stitutum. *Francis. Patricius Senens de Institut. Reipubl. l. 6. t. 1.* Per far-
tes verò sordidas & ministeria servilia, quæ in labore potius
corpo-

1826
corporis sitæ sunt, quam quod ratione animoq; tracten-
tur, *Galen. in svas: ad art. c. 6.* non solùm non acquiritur
Nobilitas, sed eidem multum derogatur. Siquidem † inge-
nuorum hominum, quibus finitimos esse Nobiles ait *Arist. 3.*
Pol. 8. proprium est, nullam operosam artem exercere, vel
aliter vivere: ut inquit idem *Arist. 1. Rhet. c. 9.* Ille † enim qui
vitam in arte sordida & mercenaria degit, non potest in ea,
quæ Virtutis (fontis vid: Nobilitatis) sunt, curam & operam
impendere, testante eodem *Aristotele 3. Pol. 5.* idemq; totidem
ferè verbis asserit. *8. Pol. 2.* Quam ob causam opificibus, an-
tiquioribus temporibus (qui plerumq; erant servi aut Pere-
grini, *d. l. 3. Pol. c. 15.*) antequam depravatissima illa Rei-
publicæ Popularis species inventa est, imperium non com-
municabatur, *d. lib. 3. Pol. c. 4, v. Bodin l. 3. de Rep. d. c. 8.* Id †
tamē non silentio involvendum, Posse Nobilem, quod etiam
Imperatores factitasse legimus, sine ulla dignitatis macula in
nonnullis artium mechanicarum dignioribus tempus & ope-
ram ponere; imò, Fabio, Nobilissimo viro, laudi datum
esse, quòd pingeret, testatur *Cicero*, referente *Bodin. l. 3. de*
Republ. c. 8. Veruntamen † cum hac cautione, si sui duntaxat
usus, ut voluptatis & animi gratia id faciat, non alterius.
Et ità decidit *Arist. 3. Pol. c. 4* verba ejus hæc sunt: τὰ μὲν ἔν
ἔργα τῶν ἀρχομένων ἕτως, ἔδῃ τὸν ἀγαθὸν, ἔδῃ τὸν πολιτικόν, ἔδῃ
τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν μανθάνειν, εἰ μήποτε χρείας χάρην αὐτῶ
πρὸς αὐτὸν i. e. Opera igitur eorum, qui in hunc modum
subditi sunt, discere nec vir bonus debet, nec civilis, neq;
omnino civis probus, nisi fortè ad suum ipsius usum. Aliàs †
scientiæ quoq; elegantiores, si aliorum causa, vel lucri &
quæstus gratia exerceantur, mercenariorum serviliumq; loco
habentur: teste eod. *Arist. 8. Polit. c. 2.* His † ità stantibus, facilè
quid de Nobilibus Mercaturæ se immiscentibus statuendum
sit, succurrit. Etiam si enim nonnulli, statui Magnatum &
Nobilium immoderatus faventes, ideò permissam iis esse
Mercaturam statuunt, quòd † Nobiles non sint deterius
conditionis, quàm cæteri, & exemplis prævisse quondam
Ro.

39

40

41

42

43

44

45

1426
46 Romanos, præire hodiè Hispanos, Italos, Anglos, qui citra
jacturam Nobilitatis mercaturæ omnino se dant. Hæc tamen
Exempla, utpote nihil decidentia, non movent nos, quo mi-
nus in adversam concedamus partem. Quâ ratione antea de
47 artibus diximus, eas respectu lucri & quæstus obscurare No-
bilitatem, eâdem idem de mercatura evincemus. Constat t
enim legibus Civilibus plerisq; aut sordidam aut non satis
48 honestam mercaturâ videri: siquidem, t juxta Ulpianû id genus
hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius
49 sit. Et t Ecclesiast. cap. 27. v. 28. & seqq. scribit. Mercatorem ma-
50 nus à scelere puras vix habiturum; Quamobrem t Chrysostronus
expressè, mercatorem Deo placere posse, negavit. Homil. 21.
51 Et t Demosthenes in oratione pro Phormione, Ingens, ait, esse mi-
raculum, si idem mercator industrius videatur & probus.
52 Proinde t Plato in legib. Arist. lib. 1. Pol. c. 9. Appollonius Tyaneus
apud Philostratum: Mercaturam Virtuti, (animæ Nobilitatis)
53 inimicam esse statuunt. Bodin. d. l. 3. c. 8. de Republ. Deinde t
Distinctio conservanda est inter subditos, necesseq; est, non
54 unam esse civium speciem. Arist. 3. Pol. 4. t ita ut alii sint digni-
tarii, (ut ita dicam) qui cum singulari honore in Republ. vi-
vunt: alii vero privati, qui Oeconomicum acqvirendi genus
secentur, atq; adeò ex lucro & quæstu vitam ducant. Acce-
55 dit t quod expressè mercatura Nobilibus in Jure Civ. prohi-
56 beatur. Illudq; t Ciceronis verissimum est, sordidos judicari,
qui mercantur à mercatoribus, & qui eodem loco ac momen-
57 to, quæ emerunt, vendunt, Hanc t ob causam Thebis, qui
jam decimum annum à mercatura non abstinuisset, magi-
58 stratum gerere lege vetabatur: Arist. 3. Pol. c. 5. Exempla t
verò Romanorum quod spectat, accusant ea potius nobiles
59 mercaturam facientes, quàm defendunt: Ideòq; t quæstum
omnem Patribus, quem contra legem Claudiam Tribunitiam
exercebant, indecorum fuisse, Livius autor est, eamq; legem
sua ætate mortuam esse, vehementer conqueritur Hortensius
60 apud Ciceronem. Bodin. d. c. 8. Quod t fortasse improbaret & in
nostri seculi Nobilibus Hispanis aut Anglis, si dignitatem
suam

1727
61
62
63
64
65
66

Tuam tantoperè contaminantes idem videret: Quomadm-
dum † etiam *Tubero l. 7. comment. ad fin.* in Venetos Patricios,
qui neglectare militari, Mercaturam exercent, invehitur a-
cerrimè. vid. *Besold. 1. Poli. c. 11. S. 59. Matth. Steph. de Nobilit. c. 6. n. 5.*
Hinc † etiam Nobiles Germaniæ nostræ, ne Nobilitatem su-
am suspectam reddant, relictis civitatibus domicilia sibi quæ-
runt ruri, ut se immunes & eximios hoc modo reddant omni
præsumptione & conjecturâ, quam quis posset de eis concipe-
re, ac si in civitatibus mercaturam exercerent. *Lynn. de jure
publ. lib. 6. c. 5. n. 66.* Interim † verò si Nobiles illa, quæ ex Agol-
li eorum proventu obtigerunt, vendunt, vel in rei familiaris
subsidiium emunt, aut si quæ alium contractum legitimum ex-
ercent, id luminibus Dignitatis illorum non officit: Quando
namq; hac ratione publicæ annonæ, & necessitati subveniunt,
aut tempori quandoq; serviunt, nemo hoc ipsis, nisi absurdus
euricles vitio vertet. *Lynn. d. c. 5. n. 66.*

VIII.

Causa Nobilitatis naturalis natura est, (a) a
Majoribus (b) longa serie (c) bonis. (d)

(a) Naturâ † Nobilitatem esse propagatam asserit *Arist. 2. Rhet. 9.*
Per naturam autem intelligimus diviniorem illam vim, quæ
eum semine Paterno per procreationem legitimam in libe-
ros propagatur. Nec † fortè hæc vis ex elementorum tem-
perature proficiscitur, † ut Dura, lenta, rigida, & alia, quæ
partibus animatis insunt, à caliditate frigiditate vè possunt ef-
fici: sed à motu, qui proficiscitur ab eo, quod Genuit, quodq;
actu est id, quod potentiâ est id, ex quo gignitur, quod in ar-
tificiofis quoq; contingit. Verba sunt *Arist. 2. de Generatione
Animal. c. 1. & 4.* Ubi omnia uberius deducit. Atq; † Naturali
huic principio, elementaribus qualitatibus sublimiori, ad-
scribenda venit similitudo illa, quæ liberi parentes, nisi error
intervenerit, repræsentare creduntur. Hinc † etiam in du-
bio, ex naturali hac similitudine liberorum ad parentes ne-
cessarium esse, ut fidem de sese invicem recipiant Parentes &

C

libe-

liberi, concludit Arist. l. 2. Pol. c. 3. Ad + quod respicere etiam Chremetem illum Terentianum consentaneum est, dum ad Sostratam suam de filio suo in Heaut. Scen. 4. act. 4. ita loquitur:

— — — Is, quod est consimilis moribus,
Convinces facile, ex te natum; tui similis est probè.
Nam illi nihil vitii relictum est, quin id itidem sit tibi.
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

- 8 Non + excludimus quidem causas universales, DEUM nempe, quem Plato 3. de Rep. homines ita genitos scribit, ut qui apti essent futuri ad imperandum, eorum animis à primâ generatione aurum sit admixtum, aliis argentum, agricolis verò, atq; opificibus, æs, & ferrum: & + Cælum, unde vim illam sublimiorem deduxisse Arist. videtur, Lib. 2. de Generat. anim. c. 2.
- 9 QVÒ & Homerus respexit, dum dixit: τοῖς ἄνθρώποις ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, ὅτιον ἐστὶν ἡμῶν ἀγαθὰ πλεῖστα ἀνδρῶν τε, θεῶν τε. Sed hæ remotæ sunt: nos proximam adducere volumus, quæ est à satoribus, secundum illud Horatii Lib. 4. Carm. Od. 4.

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

- 11 Et hujus distinctionis naturalis Nobilium ab ignobilibus, exempla illustria suppeditat nobis macrocosmus patentissimè.
- 12 Ecce + enim, inquit Plutarchus pro Nobil. ex qvali arbore surculus evellatur ad fructus plures, majores, suaviores atq; elegantiores edendos; Ex qvali genere canis, v. g. venaticus, suscipiatur, ad indagandam fallendamq; feram, vel ad eandem perseqvendam, sternendamq; ex qvali item equus generetur ad cursum, vel ad bellum, magni interest. Multo* igitur magis, ex qvalibus Parentibus homo sit procreatus, ad vitam rectè atq; ex virtute agendam, referre existimabimus. Itat Xenophon ex Theognide:

Κεῖς μὲν, καὶ ὄνυσ διζήμεθα Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καὶ τις βέλεια ἐξ ἀγαθῶν

Βήσεοται. γῆμαι δὲ κακὴν κακῶς μελεδαίνας
ἑσθλὸς ἀνὴρ.

1729

Arietes nobis & eqvos, ὁ Cyrne, qværimus; & unusqvvisq;
vult ex bonis admittere: malam verò uxorem, mali Patris fi-
liam, ducere non curat bonus vir. Verisimilius † itaq; est,
Parentes ipsos, qvorum pars qvædam ipsi sumus, ad eam rem
aliquid, imò multum conferre, nec tantundem valere, sive bar-
bara sit, sive Græca origo. Corporis † certè accidentia à paren-
tibus in sobolem transferri videm⁹, videmus derivari tempe-
ramenta, propagari morbos: Quidni & animorum propensio-
nes, qvæ magna parte temperamentum corporis sequuntur,
communicari qveant. *Simon. Simoni. de vera Nobilitate cap. 2.*
Idem † certè sensit *Homærus*, qvi *Odyss. 2.* de Telemacho Ulyssis
ex natura Parentis, ejusdem ita præsumit:

εἰ δὴ τοι σὲ πατρὸς ἐνέστακται μὲν ὄψῳ.

Siquidem tibi tui Patris instillata est indoles bona. Et † *Xe-
nophon*:

—— Πᾶσι ἢ ἀγέλλω βροτοῖς,

ἑσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

i.e. Adhortor autem omnes, ut ex bonis viris nobiles liberos
gignant. Qvibus † verbis nil aliud asserere videntur, qvàm
unâ cum vitæ seminariis, paternæ qvoq; virtutis bona influe-
re. Monendum † verò hoc loco illud, non hanc nostram ef-
se mentem, ac si velimus, Mores necessario & naturaliter pro-
pagari, atq; itâ homines sola naturâ effici bonos: Itâ † enim
mores non essent mores; Cùm mores propterea sint & nun-
cupentur, qvia more & adsvēfactione extrinsecus nobis com-
petunt: Secundum *Hornei. l. 3. Ethicor. c. 1. distinction. 3.* Habi-
lem † Natura facit, non dat habitum, inclinât, non co-
git. Unde contingit, qvòd multi, imò, si *Aristot. l. 1. Polit. c. 3.*
fidem adhibemus, pleriq; nobilium & Heroum filii audiant
noxæ, cùm plerumq; degenerent, imò haut rarò pejores ipsis
plebejis evadant. *Arist. 2. Rhet. c. 15.* Natura † qvippe vult qvi-
dem corpora, veluti liberorum hominum ac servorum, itâ
Nobilium & ignobilium, diversa facere ad diversa Reipubli-

25

1930

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

eæ munia diversimodè obeunda: Sæpè † tamen accidit, ut
 quæ vult, non assequatur; & quandoq; eam corporis digni-
 tatem, quæ homini libero conveniret, servi, vel contrà, obti-
 nuerint: *Arist. 1. Rhet. c. 5.* Sic † ex bonis bonum vult quidem ef-
 ficere Natura sæpè, non tamen potest perfectè. Cujus † respe-
 ctu à *Platone* definitur Nobilitas: Facilis animi ductus ad ra-
 tiones & actiones; cui, nisi doctrina & præcepta magistræ-
 morum Philosophiæ præstò sint, quid mirum, si plerumq; præ-
 ceptis ad malum agatur; vid. † benè nati, si benè etiam edu-
 centur, ità demum ad virtutem perveniunt; ut *Plato in Alci-
 biad. 1.* scribit. Etenim, † ut hominis corpus prius gignitur,
 quàm anima, & pars animæ rationis expers, vel appetitus
 prius, quàm mens & ratio se exerit: Sic † primis ætatis tem-
 poribus, sensu duataxat vivimus, mens & ratio verò ipsa per
 se non expergiscitur, nisi externus, qui clamet Præceptor ad-
 sit. Ut † ut autem appetitus benè propensus atq; affectus à
 Patre fluxerit, appetitus tamè est, atq; rebus sibi objectis, volu-
 ptatum nempe illecebris, facilè movetur. Quid † mirum igitur,
 si tenerior illa ætas, nullis suffulta adminiculis, in partem
 naturali suæ propensione oppositam flectatur? Si † appetitus
 consuetudine ad malum conversus (ità enim est à natura fa-
 ctus, ut ad utramq; partem se convertendi facultatem habeat.
Simplic. in Epictet. com. 1.) proba institutione atq; educatione non
 cohibitus, tantas postea vires sumat, ut adultus etiam atq;
 exorto rationis lumine, ipse tamen adhuc sibi in tanto rerum
 affluxu & dignitate ac licentia constitutus, vindicet principa-
 tum? *Arist. 7. Pol. c. 14.* Ad † ejusmodi pravitatem multum
 quoq; facit, si homines, alioqvi Nobiles, vel forma vel divitiis
 vel amentia alià moti ducant uxorem ignobilem, nec probè
 moratam; præsertim, Si † non dum matura, & confirmatà
 ætate conjunctio maritalis fiat. Non † levis quoq; est causæ,
 cur heroum & magnatum filii plerumq; à Patria virtute de-
 generent, quod nimis delicatæ matres nutritionis curam
 partui nolunt adjungere, sed alienis tradunt alendos, ex qui-
 bus cum lacte ipso temperamentum hauriunt alienum, mo-
 resq;

resq; vitiosos. Quamquam † adhuc vix tamen concedamus,
Nobiles plerumq; fieri pejores ignobilibus. Quod † autem
fieri credantur, propterea fit, quòd in altiore loco positi sint,
ipsorumq; facta omnia hominū oculis celerius clariusq; illa-
bantur. Citius ergò nævi eorū qualescunq; observantur, ma-
joresq;, quàm reverà sunt ac turpiores judicantur à vulgò.
Pertinet † huc illud *Poëta*. Omne animi vitiū, tantò conspectius
in se crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. Unde †
monet Nobiles, atq; in eminentia quacunq; constitutos *Galen.*
in suas. ad art. c. 4. Meminerint, inq;uens, se, illustriore & splen-
didiore quodam loco positos, homines latere non posse, &
multò etiam magis eorum vitā atq; actiones cognosci, quàm
ignobilium; qui cūm ex obscuro loco exiverint, hoc habent
commodi, ut quales sint, multos latere possit.

(b) Ita † autem, de quā diximus hætenus, naturæ bonitas,
atq; indoles præclara à majoribus, atq; ita ex genere, sive
familiā deduci debet. Quam † ob causam *Euripid.*, qui alicubi
dixerat, Nobilem esse, non qui majoribus natus sit, sed qui
vir bonus ipse simpliciter fuerit, reprehenditur ab *Arist.* in
fragm. de Nobilit. his verbis Hoc autē non est verū: Sed rectè ajunt,
qui virtutem antiquam proponunt. Genus † enim est quasi
canalis, quo dignitas & præstantia majorum in posteros
derivatur. Ideoq; † consentaneum esse, *Platon. videtur in Alci-
biade 1.* Meliores esse naturas in genere Nobili. Ut † enim ex
homine homo, & ex bestiis bestia progignitur, sic ex bonis bo-
nū generari, verisimile est. *1. Pol. c. 5.* Ex melioribus † certè nasci
meliores, parentibusq; bonis editos, suis majoribus similes
evadere, *Lib. 3. Pol. c. 8. & in Rhet. ad Alex. c. 34.* Aristoteles
affirmat Nobilitat † autem non solum Paternum Genus, sed
etiam Maternum; quod *idem Philosophus* suo suffragio com-
probat, *Lib. 1. Rhet. ad Theodeet. c. 5.* Privata, inq;uens Nobilitas
est aut à Viris aut à Mulieribus. Idemq; † sentire videtur *Euripid.*
quando in *Ino.* ita canit:

Τὴν εὐγένειαν, κ' ἂν ἄμωρφῶν ἢ γάμῶν,
Τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάρην, λαβεῖν.
Τὸ τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χεῖμαλα.

C. 3

lic.

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

1930 50 I. e. Nobilitatem etiam de formium conjugum, liberorū gratia,
multi colunt, & dignitatem magis, quā pecunias spectant.
Quod † etiam confirmat Virgil, XI. Æne. de Dānce loquens:

— — Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de Patre ferebat.

- 51 (c) Addidimus † autem Majorum debere esse longam quan-
52 dam seriem. Opinio † namq; illa, ex bonis nasci bonos, non
53 planè concipitur ex uno solo, neq; ex duobus etiam. Cum †
54 recens memoria Patris, vel avi lucem natorum semper obscu-
55 ret. Dum † enim in animis hominum tenuitas & humilitas
ortūs eorundem regurgitat, fieri ob id solet, quo minus & ipsi
56 Majores & nati æstimentur & colantur. E † contrario, si ab
57 immemoriali tempore genitores quis recensere non inter-
ruptā serie plures nobilissimos possit, ipseq; vestigia ipsorum
58 premat, non est, quòd obscurare ejus splendorem facile queat.
59 Quatuor † igitur aut tres ad minimum illustres progenitores
60 præcessisse oportet, & serie quidem continuā, quod simul in
Fragment. de Nobilit. Philosophus requirit.
- 58 (d) Tandem † non sufficit, quem habere genus, & posse re-
59 censere longam majorum seriem. Alioquin † dicerentur omnes
60 Nobiles, qui avos suos recensere possent. Sed † id comprimis
61 ad Nobilitatem facit, si illi majores boni, i. e. præcellenti quo-
dam Virtutis & rerum præclarè gestarum nomine insignes
fuerint. Namq; † ut Civitatis magnitudinem non numero &
multitudine solā habitantium metimur, sed potentiā, quā
opus & officium proprium maximè possit obire, Arist. 7. Pol. 4.
- 62 Itā † Nobilitatem æstimamus non avorum numero tantum,
sed eorum ἐνεργεία, καὶ δρετῆ, ut majorum genus sit πρῶτατον.
63 h. e. tale, ἐν ᾧ πολλοὶ πρῶτατοι πεφύκασι ἐξίνεον. Arist. in
fragment. de Nobilitat. Quare † idem Arist. in Rhet. ad Alex. c. 34.
64 tum ait, suis majorib. similes fieri liberos, si ex bonis paren-
65 tibus nati sunt. Idq; † inculcat passim in aliis locis, quorum
aliquot superius allegavimus. Atq; † hæc Majorum bonitas
est tantæ efficacæ in natis, ut Euripid. mirabundus exclamet:

Φεῦ

Φεῦ Φεῦ, τὸ Φῦναι πατρὸς εὐγενῆς ἀπο,
Ὅσῃν ἔχει Φρόνησιν, ἀξιομάτε.

I. e. Papæ Papæ, Nobili ex Patre nasci quantum habet vim
ad prudentiam, & quantum auctoritatem. Hæc t̄ autem bo-
nitas ex bono semper principio (generis veluti capite) in
plures diducitur. Etenim t̄ principium hanc habet vim, ut
multa talia, quæ ipsum est, paret sibi: teste *Aristotele in fragm.
de Nobilit.* Ex hoc t̄ ergo principio naturæ bonitas in posteros
continuâ serie derivata, veram Nobilitatem producit, quâ
merito gloriantur illi, qui satoribus nobilibus geniti, majores
suos, illorumq; heroica facinora in oculis, animisq; ha-
bent, & imitari studio indefesso conantur. De t̄ Romanis scri-
bit *Alexand. ab Alex. l. 5. Genial. diæ. c. 24.* Ut hanc Avitæ boni-
tatis gloriam non palam modò testatam facerent, sed &, tan-
quam speculum virtutis quotidie contemplarentur, consue-
vissent eos Cereas imagines ac expressos vultus illorum, qui
familix decus fuissent, & ornamentum, in atriiis domorum
singulis disponere armariis, easq; celebrare & colere, perinde
ac si viverent: Festis t̄ diebus in summa gratulatione & lætitia
laureis fertis & floribus ornare; In luctu t̄ & gemitu familix,
cum singulis imaginum titulis in exequiali pompa & appa-
ratu funeris extra ædes producere, & longa serie, velut fa-
milix decora, repræsentare; solitos t̄ item fuisse in iisdem fo-
ribus atq; atriiis, ac circa domorum limina, hostium spolia
quos quisq; vicisset, quorumq; victor extitisset, etiam enses
ac clypeos, galeasq; & currus, ac devictarum navium rostra,
veluti avitæ gloriæ & fortium factorum ornamenta, affige-
re. Quæ t̄ quanto vetustiora erant (ait auctor) tanto plus
decoris & majestatis habebant. Ideo t̄ nec vetustate consum-
ta reficiebantur, nec effracta resarciebantur. Hæc t̄ enim om-
nium ad se vertebant oculos, quo intuentium animos co-
gitatio subiret, ut pari ipsi exemplo ad magna facinora ma-
gnasq; res invitarentur. Quibus t̄ igitur apud Romanos ob-
gestum Magistratum, jus erat imaginis ponendæ, nobilitatis
honore gaudebant; *Bodin. l. 3. de Republ. c. 8, Lips. ad Sen. Ep. 45. n. 9.*

et l.

1973.

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

- 1737.
- 77 & l. i. Elector. c. 29. In Ægypto in vestibulis domorum alas
Vulturum præponere indicium Nobilitatis & vetustatis fa-
78 miliæ censebatur. *Alexand. ab Alexand. d. c. 24.* Germanis ÷ no-
stris stemmata sua & insignia hæreditaria, signa suæ Nobilita-
79 tis & testimonia uti infallibilia, ita necessaria sunt: Non tenim
habetur pro Nobili propriè sic dicto, neq; admittitur ad ha-
stiludia Mavortia, (Germ. Torniere) ab Henrico Aucupe pri-
mum in Germaniam invec̃ta, nec ad jus illud Silesiæ das Riti-
terrecht/nec ad Collegia Canonica superiora, die Hohenstiff-
ter/nisi qui Nobilitatis suæ testimonium, à quarto habeant
pro genitore, tam ex linea Materna quàm Paterna. *Lynn. d. c.
5. n. 50. & seqq. tractat. Vom Ritterrecht. fol. 1. & 40 & seqq. Besold.
1. Polit. II. S. 53.* Ex ÷ quibus evidenter elucescit, neminem fieri
80 posse Nobilem, propriè verèq; sic dictum, vel Virtute propriâ,
81 vel potestate Principis; Nullius ÷ enim tanta in universo ter-
rarum orbe potentia est, ut longam majorum virtute illustriam
82 seriem alicui dare queat. Laudanda ÷ quidem, dignisq; pre-
miis remuneranda illorum est industria, qui propria emer-
gere virtute conantur: Sed ÷ multi vel virtute ementita in-
83 signium jus fraudulentè impetrant, vel pecuniâ redimunt:
quibus parum tribuendum esse, res ipsa loquitur. *Besold. 1.
Polit. c. II. S. 18. vid. Bodin. l. 3. de Republ. c. 8. Francisc. Patrit. Senens.
de Instit. Reipubl. lib. 6. t. 1.* Unde ÷ fit, ut ejusmodi Novorum ho-
minum Virtus adeò suspecta reddatur, ut eosdem antiqui illi
& verè Nobiles, interiorem Germaniam colentes, ut impa-
85 res, semper aspernati fuerint, *Lynn. d. l.* Magnum ÷ quidem est,
virtute propriâ eanti: Sed nobilitatem propriè sic dictam, &
à nobis descriptam parit minimè; cum ea sit generis virtus.
86 Atq; ÷ ita contra *Euripidem*, qui propriâ Virtute bonum & Cla-
rum per sese, nulla Majorum commendatione, Nobilitatem
adquirere adferebat, concludit *Arist. in fragm. de Nobilit.* Quod
87 verò in *Verrina 5.* *Cicero dixit*, Nobiles Novos homines & na-
tura, & Genere, & voluntate excellere atq; ab iisdem differre.
88 Id assertioni nostræ nequaquam repugnat. Licet ÷ enim pro-
priè nobilis non sit, qui per se suâq; Virtute est insignis. fun-
damen-

1435.
89
90
91
92
93
94
95
96
damentum tamen Futuræ Nobilitatis posteris suis ponit, si mul-
tos suis similes generet, ejusq; virtus ab ipso in multas generatio-
nes transfundatur. *Simon. Simoni. in tract. Nobilit. c. 7.* Ita t̄ *The-*
mistocles Virtute propriâ hau dubiè clarissimus & celeberrimus,
qvendam Ignobilitatem exprobantem confutaturus, non No-
bilem se profitetur, sed Novitatem ingenuè agnoscit, aitq;:
Ego posteris meis ero Nobilitatis initium, & meum Genus à
me incipiet, tum autem in te desinet. *Galen. in suas ad art. 4.* Ita t̄
& *Cicero in Orat. contra Sallust.* cum ipsi ignobilitas objiceretur,
Virtutem suam Orbi Notam allegare, indeq; Nobilem se probare
potuisset, si in eâ sola Nobilitatem putasset collocatam: Sed t̄
initium Nobilitatis se futuræ facere respondet, his verbis: Satius
est meis me gestis florere, quam Majorum opinione uti; & ita vi-
vere, ut sim posteris meis Nobilitatis initium, & virtutis exemplū.
Id t̄ namq; Romæ prisce ad ungvem observabatur, ut qui pro-
pria sua virtute illustres essent, Novos homines appellarent;
Non Nobiles. Novum t̄ autem definebant, qui primus in sua
gente Magistratum Curulem adipisceretur, ac statuæ sibi eri-
gendæ jus haberet. *Carol. Sigon. antiq Rom. d. l. 2. c. 20. Lips. Elector.*
del. 1. c. 29. Hinc t̄ *idem M. Tullius*, Quæstor primum, deinde
Ædilis, postea Prætor, tandem consul factus, in concione ad
Populum, contra Lucium Servilium Rullum, de sua Novitate
exultans: Ego, inquit, novus homo, primus omnium claustra
Nobilitatis refregi. Ita t̄ *Cajus Marius*, septies consularum adeptus,
in oratione, quam habuit adversus Nobilitatem, contemnunt,
ait, *apud Sallustium*, novitatem meam, ego illorum ignaviam:
mihi fortuna, illis probra objectantur. Quod si me jure despi-
ciunt, faciant idem majoribus suis, quibus, uti mihi, Nobilitas
ex Virtute cæpit: Nunc videte, quam iniqui sunt? quod ex
aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt:
Sed, quia imagines non habeo, & nova Nobilitas est, quam
peperisse melius est, quam acceptam corrupisse. *Bodin. de Republ.*
d. l. 3. c. 8. vid. etiam Besoldum. 1. Fol. 11. S. 57. Hocq; t̄ est, quod
aliàs dici solet, eum, qui nobilitatur, nobilitatem quidem con-
sequi, sed non genus: liberos ejusdem genus habere, sed nullam

D

gen-

- 97 gentilitatem; Eam enim tandem in nepotibus incipere. Atq; t
adeo Nobilitate in primo acqvirente nasci, in filiis pubescere,
in nepotib. adolescere, & deniq; in pronepotibus maturio-
98 rem ætatem consequi. *Lynn. de Jure Publ. d. 1. 6. c. 5. n. 50.* Sed t
quid de divitiis? Nonne illæ Nobilitatem conferunt? Absit
99 hoc; Quid t enim absurdus aut perniciosus, quàm dignita-
tem quæstu, ordinem pecuniis, opibus Nobilitatem metiri?
100 Cum t sæpius furtis ac Rapinis, aut Tyrannorum effusâ in-
deterrimum quemq; largitione, ac casu quodam & fortunæ
101 temeritate dentur & eripiantur. *Bodin. de Republ. d. 1. 3. c. 8.*
Besold. 1. Polit. II. §. 58. Neq; t quicquam faciunt ad ipsam natu-
ram Nobilitatis; Non enim reddunt nascentes sibi similes,
102 *Plutarch. pro Nobilit. Imò t Arist. postquam Simonidis sen-
tentiam in fragm. de Nobilit. protulisset, quæ fuit, illos esse No-
biles, qui ex majoribus longo tempore divitibus nati fuissent,*
103 paulo post addit, in istis non esse sitam Nobilitatem, & con-
cludit Nobilitate esse Virtutem generis. Quapropter t quoties-
cunq; ab Aristotele dicitur, Divitias a vitas Nobiles efficere,
104 id intelligendum est secundum quid, quatenus nim: plurimum
faciunt ad eminentiam Nobilitatis, quia t nec egregia Virtus
exerceri, nec doctrina insignis adqviri sine fortunæ adjumen-
105 tis facile potest. *Arist. 4. Pol. 11* t Subserviunt enim Divitiæ virtuti,
tanquam instrumenta suo fini, ad ejus actiones paratos nos
atq; instructos reddentes, quæ in vita misera & calamitosa
velut nube quadam obductæ, obscuræ latent, & ad publicam
106 utilitatem vix sese efferunt. t Vel quatenus vulgus ex bonis
107 æstimat dignitates. *Chokier disqvist. Pol. 6. 2. quæst. 20.* Nam t
sicut gemma auro, artificioso ornamento inserta, longè
108 spectabilior est illâ, quæ simpliciter auro est imposita: Ita t
& Nobiles, cum ædes semper apertas habent, magnam fa-
miliam alunt, sumtusq; equestri ordine dignos faciunt, in
109 majori habentur æstimo, quam privati alii. Tantum t enim
est robur divitiarum, ut in proverbium abierit: Pecuniæ obe-
110 diunt omnia. Quod t ipsum egregiè significatum fuit illo Me-
nandri Eprigrammate:

*Tellurem, Aquam, Solem, Aëra, ignem, sidera,
Deorum Epicharmus indigitavit Nomine.*

At

1737

At judico utiliores longè ego Deos,
 Aurumq; fulvum, argenteasq; laminas.
 Quæ si reposta possides domi tuæ,
 Quicquid voles, pete; Consequeris omnia,
 Agros, Domum, mancipia, vasa argentea,
 Testes, amicos, iudicesq; : da modo.
 Nam sic vel ipsi serviant tibi Dii

Vid. Stephan. Guazzum repurgatum de Civili Conversat. dissert. 4.

Ne utiqvam † tamen paupertas, etsi Nobilitatem non nihil premat, imò ridiculam vulgò reddat, vid. Besold. d. l. 1. c. 11. §. 46. eandem planè amittere facit, utpote à divitiis nō datam. Neq; enim † M. Æmilius Scaurus ab inopia generis Claritatem sibi putavit ereptam: † quin potius gentis Æmiliæ splendor illum ab Accusatorum gratiosissimorum potentia vindicavit: Ut ex Plin. Junior. & Valer. Maximo, testatur Bodin. d. Republ. d. l. 3. c. 8.

III

112

113

IX.

Subiectum Veræ Nobilitatis, est Legitimè ex bono genere procreatus.

Legitimum † partum requirit expressè Arist. 1. Rhet. 5. Privata Nobilitas, inquit, est aut à Viris, aut à Mulieribus, & ab ambo-
 bus legitima origo. Unde † sequitur, Illegitimorum nullam esse Nobilitatem; avorumq; † Virtutes, merita, claritatem ad legitimos tantum, non etiam ad nothos & spurios propagari: Bodin de Republ. d. l. 3. c. 8. Sunt † enim quasi monstra quædam naturæ aberrantis: & deformitatem quædam & maculam secum afferunt, quam nulla, quantumvis insignis Virtus, delere possit, & proinde quasi non proprii, sed alieni filii reputantur, ideoq; † à Nobil. ratione principii legitimi, quod hi ex legitimo thoro deducunt, discriminantur. Non n. † è fonte Nobili sed sanguine putrido scaturiūt: Quippe † talis Effectus est, quævis Causa; Concubitus autè ille illegitimus est, F. & partus. Besold. 1. Polit. c. 11. §. 60. Exosi † enim illi & abominabiles sunt omni Jure, Chassane in Catalog. gloria mundi part. 2. considerat. 15. adeò ut ipse DEUS Deuteronom. 23 à populo DEI spurium, usq; ad decimam generationem excludi mandet. Jure † vero Civili, illis ut-

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

D 2

pote

1938. 11 pote infamibus, & in quibus metuuntur paterni Criminis ex-
empla, nullam patent dignitatem portæ: Ac tamen proinde Plato
12 l. 6. de L. L. eos omnino ad Reipubl. administrationem admitti
13 vetat: Imò tamen Aristoteles 3 Polit. 5. eos ne Civium nomine & ordine
dignos iudicat: ne dum pro Nobilibus habet. Quare tamen nec
hodie ad torneamenta admittuntur, nec ipsis arma & insi-
gnia Domus Paternæ conveniunt. vid. Lymne. de Jure publ. lib. 6.
6. 5. n. 55. & seqq.

X.

Dividitur (a) Nobilitas in publicam & priva-
tam. Illa est civitatis alicujus vel gentis: Hæc
singularum familiarum. (b)

- 1 (a) Exstat tamen ea apud Aristoteles 1. Rhet. c. 5. & publicam quidem genti
aut Civitati tribuit, si incolæ indigenæ sunt, & antiquitate au-
ctorumque, ac ducum multorum virtute illustres: privatam
verò familiæ.
- 2 (b) Hanc tamen subdividunt vulgò in acceptam à majoribus, vir-
tute propriam acquisitam, & mixtam, tum majorum, tum pro-
3 pria virtute meritam. Ex illa nobiles genere, ex ista nobiles
4 virtute, & hæc γενναῖοι, sive generosi dicuntur. Sed tamen subdi-
visio hæc potius nominis distinctio est: quandoquidem nos
cum Aristotele præter generis nobilitatem, nullam agnoscimus.
5 Quæ tamen enim à solâ nostra virtute est nobilitas, ineptè dicitur
6 εὐγενεία; cum tamen nemo suam virtute majorum seriem comparare
7 queat: Ut tamen omnia hæc tamen ex Etymologia supra ex Aristoteles ipso
8 allata, quam ex rationibus numero pluribus per omnes the-
9 ses, jubare meridiano clarius liquent. Nec tamen Virtus propria ge-
neri combinata speciem singularem Nobilitatis constituit;
10 Quia tamen Generositas semper præsupponit Nobilitatem, Aristoteles
namque l. 1. de Historia anim. c. 1. & l. 2. Rhet. c. 15. tantum in eo differ-
re dicit Nobilitatem & Generositatem, quod εὐγενες seu no-
bile sit, τὸ ἐξ ἀγαθῆς γένεως: γενναῖον ἢ τὸ μὴ ἐξισταμένον ἐκ τῆς αὐ-
τῆς φύσεως. i. e. quod ex bono genere ortum fuerit: Genero-
sum

sum autem, quod à suâ natura non degeneraverit. Et ita
quis potest quidem esse Nobilis, i.e. ex bono genere natus,
etiamsi non sit Generosus, sive secundum Virtutem Majorum
suorum vivat. Non tenim desinit esse ευγενής. Contra t̄ verò
Generosus non dici potest, qui non simul Nobilis existit. vid.
Simon. Simon. tract. de Nobilit. cap. 4 & cap 12. Interim t̄ non
negamus, eum, qui propriâ Virtute, præsertim publico Prin-
cipis testimonio commendatâ & approbatâ, clarescit, rectè
in majore honore haberi, quàm Nobilem, non nisi Majorum
suorum meritis commendatum. Virtus t̄ enim omni Nobili-
tate præstantior est. Unde t̄ Euripides inquit:

ἢ πρὸ κρείσσον τῆς ευγενείας τὸ καλῶς
πράσσειν.

Nimirum benè agere nobilitati præstat.

Et juxta Arist. in fragm. de Nobilit. αἰετῶτερον ἢ αὐτὸν εἶναι σω-
δαίον, ἀλλ' ἔ τὸ πρόπαππον ἢ τινὰ τῶν ἄλλων προγόνων. i.e. Præ-
stat, si quis ipse sit Virtuosus, quàm si avum, aut alium ex Ma-
joribus talem habuerit.

*Nam t̄ quid imaginibus, quid avitis fulta Triumphis
Atria, quid pleni numero Consule fasti
Profuerint, si vita labat? Perit omnis in illo
Gentis honos, cujus laus est in origine sola.*

Ovid. ad Pison:

Agite t̄ vero vos, qui Claris orti estis Parentibus, Majorum
Virtutes, gloriam, & res præclarè gestas aut superare, aut cer-
rè æquare contendite; & t̄ declarate posteritati hominum, fi-
dem pietatemq; vestram, quàm memores sitis, quamq; grati
in avos, Majoresq; vestros, quorum hæredes non facultatum
modò extitistis, sed etiam Virtutis, gloriæ, fidei, religionis,
quæ veræ facultates, vera hereditas, veraq; bona sunt appel-
landa. Hac t̄ ratione non solum & reliquos omnes longo fe-
licitatis atq; honoris apice antecelletis, sed et spes vos pul-
cherrima fovebit, posse Patriam & Rempublicam, in partibus
ejus vobis credendis, aliquando gubernari.

D 3

AD

AD

Generosa Virtute Nobilissimum

1740
DN. CAROLUM SIGISMUNDUM

à Stenssch/ De Genuinâ Nobilitate
Disputantem.

A Non te dignam rem, carmine nobilis lyræq;
Tractas, avitâ stirpe perdecere,
Et virtute tuâ, dum lumina intimi revolvis
Visus, & in te nobilem repertam
Naturam thesibus defendere suscipis venustis!
Sic est: avorum gloriæ vetustæ
Est miserum, nil est, incumbere; nî parentis insit
Virtus, propago: sacra vis boniq;
Continuata suâ serie. Genus ille jaçtet altum
A Matre Divorum: Aula tota ceris
Undiq; fumosis horrenda sit: atq; verminosam
Monstret triumphos in rotis agentium
Æmilianorum seriem: Arcadas inde lunulasq;:
Limen affixis rancidis paternum
Illi vulturibus rigeat. Nihil est, avita virtus,
Et vis honesti si tuas refugit
Cunas. De vepre non surgit rosa, pulchra nata Pœsti;
Nec de rubeto nobiles corymbi.
In gemmis atavos numeret, cui fert Tagus metallum:
Terræ in tenebris Filius latebit.
Est aliquid, proprijs virtutibus expolire mentem;
Acesse malo te parente natum
Thersitâ: Æacidæ similis modò sis, & arma lecta
Patris capeffas Lemnij, quàm Achilles
Thersitæ similem te procreet. Ast origo tantum
Fies, & hujus dignitatis autor.

Hæc

Hæc dum tu, juvenis geniosior, explicas, abundè
Virtutem adauges proprijs avitam.

M. Bonaventura Rehefeldt
S. S. Theol. stud.

1791.

Quis proavûm vultus, veteres quis nescit avorum
Ceras, queis vident atria, Amice, tua?
At tibi, Nobilitas sola est atque unica virtus,
Hoc Iuni magna est spernere religio
Nobilitas certamen cum virtute venustum est,
Vtraque Divarum te cupit esse suum.
Nobilitas, meus est, Telamonide Iudice, vinco.
Ast virtus; Ithacus dat mihi habere virum.
Composuit litem veniens hanc Gloria, clamans,
Testibus, hunc vobis, gloriior esse meum.

Daniel Sartorius.

Grandia continentur Grandes. Aptum, INCLYTE, fingis
De magnâ doctam NOBILITATE thesin.
Grandia continentur Grandes. Aptum, INCLYTE, pugnat
Præsidium Clari NOBILE STEMMA viri.
Nobile gratatur specimen Philyra, ausa triumphat:
Optima, quæ Cathedræ vix meminisse licet:
Gratatur, geminesq; tuum, devota præoptat,
Egregiâ mentis Nobilitate genus!

deproper!
Reinhardus Bakius Magdeb.
Saxo.

GLoria magna, viris decus ingens esse putatur,
Splendida Magnatum cernere tecta virum.

Turri

177
Turrigeras arces non paucis sumptibus amplis
Conspexisse placet, tecta superba, domos.
Nobilis ille cluet, qui grandia pocula vertit,
Strenuus & veneris castra petulca fovet.
Sed celebres vidisse domos, vidisse superbas
Magnatum sedes, quid venit inde? parum.
Quid Veneri servire juvat? quid vertere magnos
Crateres? nihil, hinc gloria nulla venit.
Parnassi montis fastigia celsa adiisse,
Palladis ingressum docta Lycæa, decus.
Lipsiadumq; sacras arces lustrasse, perennis
Gloria: Castalii fonte levâsse sitim.
Qui sapit, has arces, hunc montem scandit & ampio
Musarum laticem, gutture carpit ovans.
Inter habet sedem subsellia docta virorum,
Nec Musas gratas Marte, Sed arte, colit.
Scilicet hoc nôsti, generis præfulgida lampas,
Mecænas, animo semper amande mihi,
Quæ sit nobilitas, docto dum schemate monstras.
Vah laudo, & grato gratulor ore tibi.
Maçte tuis animi virtutibus, optime STENTZSCHI,
Maçte, nec à cæpta dimoveare via.
Sic quas nulla tibi potis est abolere vetustas
Laudes semper erunt, nobile nomen erit.

Samuel Mollerus
VValdenburgensis.



Ode

ODE.

O Nimphes, qui des destinées
Pouvez par vos inuentions.
Tirer les belles actions
Faites depuis beaucoup d'années,
Concedez que ma lyre puisse
Faire cognoistre aux curieux,
Qu'aujourd'huy les plus enuieux
Exalteront mon exercice.
Commancons donc (ma chere fille)
A entonner vne chanson,
Qui face entendre par son son
D'ou Provient la noble famille.
Excuse moy grande Noblesse,
Si te voulant représenter,
Je te donne pour ton loyer
La vertu, & non la richesse:
Dequoy peut on mieux le comprendre,
Que d'un Seigneur Silesien,
Tant riche en vertu comme en bien,
Le los duquel je veux estendre.
N'est il donc pas trez raisonnable,
Seigneur de Stentzch, que tout chacun
Vous admire, puisqu' estes l'un,

E

Donc

1794
Dont vos subjets (chose louable)
Parmy les dangers de la gverre,
Parmy les cruautez de Mars,
Qvi çà & la cruel espars,
De fond en comble vostre terre
Ruinoit, ont esté de la sorte
Maintenuz, qve les plus grossiers
Auront les yeux bien assez elairs,
Pour voir qve vous estes l'escorte,
Le protecteur, & la deffense
De ceux, qvi de droit & raison
Sont subjets a vostre maison
Detesmoigner obeissance.
Assurez vous noble lignée
Qve ne serez sans successeur
Charles Sigismond mon Fauteur
Soustiendra Vostre renommée,
Au jourd'huy sa jeunesse imbüe
De beaux & genereux espoirs,
Fait voir a chacun les devoirs,
Qve la noblesse est fort tenue
D' Observer, & de bien comprendre,
Ayans leur but a la vertu.
Ce qvi n' aidera d' vn festu
A cil qvi ne les veut entendre.
Pour suiuez donc je vous conjure


Eu

En tous vos desseins genereux
(Stentz) si voulez, que dans les cieux
Vestre los a tout Jamais dure.

1795.

*Jaques Desmarest, Maistre
de la Langue Francoise
Angevin.*

FINIS.




1995
AK TA 2506

Vestre los a tout Jamais cure.
(Sentez) si voulez que dans les cieux
En tous vos dessein genereux

Jacques Desmarcets, Maître
de la Langue Francoise
Angerin

FINIS



1704

110



As. N. II, 117.
h. 47².

Dn. Z
Medicin
losophi
Affe

CAR

877949)

ca

ΑΣ

NA

cultatis

entissimi,
EIDERI,
i Practicz Phi-
ult. Philosoph.
ollegiati, &c

TENZSCH.

us.

ER.

Jury.

II R
2506

382

2

